

Band I., Nr. 170, Seite 198

*König Arnolf bestätigt einen Gütertausch zwischen dem Kloster St. Gallen
und einem gewissen Anno.*

Regensburg, 894. August 26.

In nomine sanctae et individuae trinitatis. Arnolfus, divina favente clementia rex. Quecumque etiam iuste et rationabiliter ad sancta loca peracta fuerint conchambia, si ea nostro praecepto confirmare satagimus, dei omnipotentis clementiam ob hoc super nos largius coruscare confidimus. Quapropter omnium fidelium nostrorum, praesentium scilicet et futurorum, cognoscat sollertia, qualiter quidam venerabilis episcopus et dilectus fidelis noster, Salomon, nostram deprecatus est clementiam, ut cum nostra licentia quoddam conchambium perageret. Nos vero, benigno animo utrarumque partium commoditatem perpendentes, concessimus ita fieri. Tradidit enim memoratus Salomon, cum consensu totius familiae, de rebus sancti Galli, per manus sui advocati nomine Uuichere, cuidam viro nomine Anno, tales causas, sicut habere visus est in pago Rammekeve, in comitatu Arnulfi, in loco et in villa nominata Sconenpirch, cum omnibus appendiciis suis in ius perpetuae proprietatis. E contra vero in reconpensationem praefatus Anno tradidit iam dicto praesuli Salomoni suoque advocato in manus proprias, id est, tales causas, sicut nos ei per nostrum praeceptum in proprium concessimus: hoc est, in pago Aragogve, in comitatu Chadaloh, in villa Augusta, aecclesiam unam, et hobas septem, cum aedificiis et curtilibus, mancipiisque omnibus utriusque sexus, terris, agris, campis, cultis vel incultis, pratis, pascuis, silvis, aquis aquarumque decursibus, viis et inviis, exitibus et regressibus, et cum omnibus, iure legitimeque ad illam aecclesiam et ad ipsas septem hobas pertinentibus. Nosque iussimus ei inde hoc nostrae auctoritatis praeceptum conscribi, per quod volumus atque iubemus, ut quod pars parti contulit, hoc firmum et inconvulsum perpetuis consistat temporibus. Et ut hoc verius credatur, ut per futura tempora a cunctis fidelibus nostris diligentius conservetur, manu propria nostra subter hoc confirmavimus, et sigillo nostro assignari iussimus.

Signum domni Arnolfi, invictissimi regis.

Wihhingus archicancellarius ad vicem Theotmari archicappellani recognovi et subscripsi. (*Siegel*).

Data VII. kalendas Septembris, anno incarnationis Domini DCCCXCIV., indictione XII., anno VII. regni Arnolfi, largissimi regis. Actum Reganespurch, in dei nomine feliciter. Amen.

II

—

Der Textabdruck erfolgt aus dem Codex traditiones monasterii S. Galli. Traditio paulo post mortem S. Galli facta, [Sankt Gallen] [circa 1700], S. 389.

Erst nach der Drucklegung erwies sich, dass das besiegelte Original im Stiftarchiv St. Gallen vorhanden ist. Der Ort der Ausstellung lautet dort *Reganespurc*. Ebenfalls im Stiftsarchiv St. Gallen findet sich eine Abschrift im Kopialbuch des 15. Jahrhunderts, Bd. 1, fol. 36, und Bd. 2, fol. 45.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

Stiftsarchiv St. Gallen

Signatur/Titel des Originals:

Urk. St. Gallen FF.3.L.14.

Editionen:

MARQUARD HERRGOTT: *Genealogia diplomatica Augustae gentis Habsburgicae*, 3 Bde., Wien 1737, Bd. 2, Nr. 96 (Auszug). Neugart: *Codex diplomaticus*, Nr. 609 (Auszug). *MONUMENTA GERMANIAE HISTORICA. DIE URKUNDEN DER DEUTSCHEN KAROLINGER*, Bd. 3: *Die Urkunden Arnolfs*, hrsg. Von Paul Kehr, Berlin 1940. [2., unveränderte Aufl. Berlin 1955, ND München 1984], S. 192 f., Nr. 129. HERMANN WARTMANN (BEARB.): *Urkundenbuch der Abtei Sankt Gallen*, 4 Bde., Zürich und St. Gallen 1863-1899 [unveränd. ND Frankfurt am Main 1981], Bd. 2, Nr. 694, S. 295 f.

Regesten:

JOHANN FRIEDRICH BÖHMER: *Regesta Imperii* Abt. 1: *Die Regesten des Kaiserreichs unter den Karolingern 751-918*, Bd. 1, nach Johann Friedrich Böhmer neu bearb. von Engelbert Mühlbacher, 2. Aufl. beendet von Joachim Lechner, Innsbruck 1908. [ND der 2. Aufl. H, Bd. 1, S. 766, Nr. 1903 (auch zur Echtheit)].

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Regensburg

Ortsindex:

Aargau

Baselaugst, Kt. Basel Landschaft, Schweiz

Rammagau

Regensburg, R

Schönebürg Wohnplatz (17592)

Schönebürg, Schwendi, BC

St. Gallen, Kt. St. Gallen, Schweiz